

Georg Radow Caspar Heinrich Gutzmer

## **Analytica Expositio Leg. VI. Cod. Quor. appellat. non recip.**

Rostochii: Keil, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747563853>

Druck Freier  Zugang





N. K — 2 (8.)

- 1, Lollii disj. exhibens decadem selectarum conclusionum juris.
- 2, . . . disj. complectens trigam definitionum juris singularium.
- 3, Hedersoy disj. de moratoria praescriptione.
- 4, Hitenoyet disj. de differentia consensus sponsaliti et matrimonialis.
- 5<sup>4</sup> Brunemann disj. de venditione facta ad corpus et ad mensuram.  
Diss. de renunciationibus.
- 6, Eichelii disj. de modo quoque a titulo in rerum acquisitione differentiis.
- 7, Eiben disj. de auctoritate usque juris sustinendi in Germaniae privatarum publicarumque curiarum judiciis.
- 8, Ludewigii disj. de jure retentionis.
- 9, . . . disj. de via facti privatio permissa.
- 10, Radovici disj. de instrumentis.
- 11, . . . ex profilio analytica leg. VI. Cid. Quot. appellat. non recipi.
- 12, . . . disj. de actione redhibitoria.
- 13, Beierii disj. de regressu indemnitate.
- 14, Berger disj. de jure rerum pertinentium.
- 15, Carovii disj. de investigando definiendaque statu causae forensis.
- 16, Cauceji disj. de usu et differentia hodierna pactorum et stipulationum.
- 17, . . . disj. de diversitate et res indentis.
- 18, Conalls disj. de quinquennialibus induciis.
- 19, a Ludewig disj. de differentia juris romani et Germani. ut in dote et donatione propter nuptias.
- 20, Dynaker disj. de eo, quod iustum est in arresto forensis sive extranei.

- 21, Mantzel disj: de jure praedationis pecuniae sine usuris creditae.
- 22, . . . . . disj: de femina mercatrice.
- 23, . . . . . disj: de duobus vel tribus viris honestis in hypothecis,  
intimationibus et appellationibus subsidiariis adhibendis.
- 24, Schmidt disj: de vindicatione rerum propositarum,  
omni casu ad quinquennium restricta.
- 25, Vöknaderbach disj: de respectu parentelae.
- 26, Schaeffer disj: de partu automestor.
- 27, Sibrand disj: de lege fundamentali.
- 28, . . . . . disj: de juramenti relaxatione.
- 29, Levoql disj: de praecognitio juris.
- 30, Krauchii disj: de conditione rei furtivae.
- 31, . . . . . disj: de competentia fori.
- 32, . . . . . disj: de tempore.

ANALYTICA  
EXPOSITIO

Leg. VI. Cod. Quor. appellat. non recip.

*Quam*  
LOCO INAUGURALIS DISSERTATIONIS,  
DEO ADJUVANTE,

Autoritate & Decreto  
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

in celeberrimâ Universitate Patriâ,

PRÆSIDE

*VIRO Nobilissimo, Excellentissimo,  
& Consultissimo*

DN. GEORGIO RADOVIO,

J. U. Doctore, Profefs. Publ. nec non Nobiliss.

Statuum Ducatus Megapolensis Syndico merittissimo, & Amplissimæ Facultatis suæ h. t. DECANO

Spectabili,

Fautore, ac Promotore suo multis nominibus colendo,

PRO-LICENTIA

Summos in utroq; jure honores & privilegia consequendi,  
*Publico Eruditorum examini subicit*

CASPAR Henrich Guesmer / Rost.

*In Auditorio Majori ad diem XIX. Martii  
horis ante & pomeridianis.*

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KLII, Universitatis Typogr. 1675.

ANALYTICA

EXPOSITIO

EGGIMUS

MAGISTER

DR. GEORGIO RABO

CASPAR

ROSCINI



## PROEMIUM.



Voluntate magis, quam legitima authoritate lites sapius dirimi, querela est, non heri, aut nudius tertius, sed multa ante secula audita, & non tantum Imperatori Justiniano, sed & Pomponio Jcto jam cognita, uti apparet ex *Constit. Tanta §. 17. C. de vet. jur. enucl. §. 1. 2. §. 1. §. 3. ff. de orig. jur.* Et quamvis prælaudatus Sacratissimus Imperator malo huic remedium quoddam admirabile invenerit, quando leges in variis voluminibus, quæ ne nomine quidem pluribus nota erant, & si vel maxime cognita fuissent, comparari tamen, vel legi propter multitudinem non poterant, dispersas, in L. libros Digestorum, sicuti constitutiones Imperatorias, antea confusas, in XII. libros Codicis conferre, ex iisque, ut egena quidem antiqua multitudo inveniantur, opulentissima vero brevitatis sua efficiatur, omnes causas decidi voluerit; poenâ falsi in eum constitutâ, qui, vel in judicio, vel in alio certamine, ubi leges necessariae sunt, aliunde jura accersiverit, vel admiserit. *d. constit. Tanta §. 19. seq. §. constit. Dedit. §. 17. seq. eod. tit.* De effectu tamen remedii ipsum Inventorem dubitasse, inde probare alii volunt, quod humani juris conditionem in infinitum decurrere, nihilque in ea esse ibidem agnoverit, quod stare in perpetuum possit, cum multas natura quotidie novas edere formas deproperet, & inventâ lege, inveniri etiam

A

etiam



etiam soleat fraus legi, quæ tantâ arte quandoque tegitur, ut dijudicatu admodum difficile sit, fraudene & fallaciâ, an vero bona fide quid agatur? Inde factum est, ut de novis remediis multi fuerint solliciti, laudarintque alii cautelam Cœpollæ, qui in causis justissimis, non tantum concludentibus, sed & frivolis & ficulneis usus esse dicitur argumentis, quod longo rerum usu expertus fuerit: Judicum motus esse varios, moverique nonnullos magis per rationem, quæ minus facit, & quandoque nihil valet, quam per rationes urgentes, quæ eorum capita non intrant. *Vid. Barbof. Tabor. lib. 9. cap. 89. ax. 17. ibidemq; citati.* Alii Judicum gratiam, favoremque, quibuscunq; artibus aucupantur, persuasi: Plus valere favorem in Judice, quam legem in Codice, teste *Bald. in auth. C. ne fil. propatr. n. 32. & Cosbin. Resp. Academic. 1. n. 433.*

Quò admissò, concedendum eo ipso haud dubie erit; licitas esse ubique fallacias, corruptiones, operamq; suam in re prorsus inutili ponere eos, qui Juris Studio vacant. In quo quidem errore versari etiam illos certum est, qui naturali judiciò, sive solertiâ, sine cognitione & usu juris scripti, omnia expediri in vitâ civili posse, autumant. Ego vero, uti ab illo statim tempore, quo Jurisprudentiæ, quæ non sine ratione Regia quædam disciplina & scientia vocatur *Marc. Lyclam. 7. membran. 38.* animum meum applicui, eorum semper probavi institutum, qui regiâ potius, quam aliâ quâdam agrariâ, non satis tritâ, variisque periculis expositâ utuntur vitâ, nihilque in omnibus rebus credunt adeo inveniri studiosum, quam Legum auctoritatem, quæ & divinas & humanas res bene disponunt, & omnem iniquitatem expellunt, teste Imperatore *in Constit. DEO auctor. §. 1. Cod. de vet. Jur. enucl.* Ita etiam mori, institutoque Majorum me satisfacturum esse credidi, si  
testi-

testimonium studiorum meorum academicorum publicū  
ab Amplissima Facultate Juridicā petiturus, analyticam  
legis alicujus expositionem, loco Dissertationis Inaugu-  
ralis, publico examini submitterem. Et cū, inter plurimas  
alias, mihi præprimis placeret *l. d. C. quor. appell. t. non recip.*  
quatuor Capitibus, ne extra oleas vagari videar, rem o-  
nem includere volui; ita ut, præmissio Textu resolvendo,  
ejusdem inscriptio & subscriptio cap. 1., verba verò cap. 2.,  
sensus cap. 3., usus tandem cap. 4. & ultimo exhibeantur.  
Faxit Deus Opt. Maxim. ut omnia ex voto, & ad S. Sancti  
sui Nominis gloriam succedant!

Ita vero in edit. *Gothofred. legitur L. d. C. quor. appell.*

*non recip. Imp. Grat. Valent. et Theod. Aug. ad Hypat. P. U.*

**Q**uisquis, ne voluntas defuncti testamento scripta  
referetur, vel ne hi, quos scriptos patuerit here-  
des, in possessionem mittantur, ausus fuerit pro-  
vocare, interpositamque appellationem is, cu-  
jus de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit, vigin-  
ti librarum argenti multa & litigato rem, qui tam impor-  
tune appellaverit, & Judicem, qui tam ignavam conni-  
ventiam adhibuerit, involvat. Dat. Non. April. Trev.  
Aufonio X. & Olybrio. Cofs.

CAP. I.

Continens inscriptionem & subscriptionem  
Constitutionis.

§. I. Inscriptio luculenter nobis detegit & veros hujus Con-  
stitutionis Authores, Principes scil. rescribentes, Gratianum, Valen-  
tinianum & Theodosium A. A. A. h. est, Augustos, ita dictos vel ab  
Augusto i. Roman. Imperatore, vel ab augurio, vel etiam ab augen-  
do, uti id pluribus declarant Jurispublici Doctores. *Vid. etiam Boe-  
ster. de ausp. Regio. cap. 3. p. 244. seqq.* & subjectum recipiens, sive  
personam, ad quam rescriptum primitus fuit emissum, Hypatium,  
nempe, Præfectum Urbi. De illis, quo tempore & modo ad Imperi-  
um pervenerint, & qualis tunc temporis fuerit Imperii status, brevibus

nobis inquirendum. Et quia, quod ad primum attinet, inter Chronologos maxima, respectu temporis, reperitur diversitas, quam nemo facile conciliaverit, hoc loco in genere tenendum saltem est; Gratianum, Imperatoris Valentiani primi filium, necdum plane puberem, in medio fere seculi quarti, à Patre, hortatu Socrus & Matris, Augustum creatum, atque adeo in Collegam cooptatum esse, qui post mortem Patris, cum quo octo annos imperaverat, Valentinianum secundum, Fratrem suum, & Valente, Valentiniani & Fratre, vel ut alii volunt, Consanguineo, rebus humanis exempto, Theodosium primum, Patre Honorio, Matre vero Thermantia genitum, genere Hispanum, originemque à Trajano Principe trahentem, eximium belli Ducem, Imperii Consortes fecit; & sicuti cum Fratre & Patre tres, ita cum eodem Fratre & Theodosio quatuor annos in isthoc Imperii consortio substitit. *Docente Dyonis. Gothofred. libr. 4. hist. antiq. pag. 314. & 325. seqq. Conferatur Besold, in Synops. histor. Univ. p. m. 158. seqq.*

§. 2. De Statu Imperii non una omnium est sententia. Alii namque existimant, statum fuisse Aristocraticum, quando Imperatores sibi Collegas adsciverunt. *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 2. n. 138. & lib. 6. cap. 5. n. 734. & Althus. cap. ult. Pol. n. 54.* Alii Monarchiam mansisse propterea putant, quod Collegæ inter se distribuerint Romani Imperii Provincias, & plerumque longe à se invicem abfuerint, ut Aristocraticâ formâ non potuerint consilium capere. *Reckerman. libr. 2. Polit. 2. quem sequitur Dan. Otto de jure publ. cap. 7. p. m. 143. seqq.* Quos alii distinctionis fœdere conciliare student, existimantes, magnopere interesse, utrum plures Imperio præsent pro diviso, an vero pro indiviso? priori enim casu Monarchiam non esse concedunt, quia illa in dualitate constitui non potest. *Vid. Arnis. lib. 1. c. 3. v. 1. de jur. Majest.* Posteriori vero nihilominus Monarchiam manere autumant, licet plures imperent, cum intentio Monarchæ, in partes Curarum aliquem ascissentis, bene spectanda sit. *Tabor. in armanent. just. cap. 2. §. 5. ibique allegati;* quæ sententia, salvo cæteroqui relictus sententium judicio, haud absurde in dubium vocari propterea poterat, quod manifestam contradictionem videatur implicare, præesse Imperio Uno plures, & esse tamen Monarchiam, quam constituit unitas Subjecti, non voluntatis, quippe quæ non minus in decem & pluribus esse potest, quam in duobus vel tribus, ita, ut stante illa  
distingui-

distinguentium hypothefi, ex eodem fundamento ipfa Aristocrata & Politia, cum & in his plures pro indiviso imperent, Monarchia nomine appellandæ forent; quod hætenus nemo Politicorum probavit. Tutius ergo admitterem eorum sententiam, qui, tunc temporis Statum fuiffe irregularem, defendunt; ficut & hodiernus Imperii Romano Germanici Status talis rectiffime dicitur, non attentis argumentis, quibus in speciem magis, quam verè, vel pro Monarchia, vel pro Aristocrata pugnari hætenus confuevit, id quod in ipfo confictu clarior demonstrari poterit, videatur interim fi placet Dn. Pufendorf. *difert. de Republ. irregul. §. 7.*

§. 3. Subjectum recipiens est Hypatius Præfectus Urbi; quorum officium aliud fuit ab initio sub Cæfaribus, nam tunc quartam Magistratû ordinarii speciem constituebant: aliud vero sub Consulibus, ubi extraordinarius saltem erat Magistratus, & cum Magistratus non erant in Republ. sed proficifcebantur, in militiam forte, aut in Provincias, earum regendarum causa, constituebatur Præfectus Urbi, ut jus diceret in Urbe. Unde ejus fidei summam rerum Urbanarum commissam ait Wesenb. *ad tit. ff. de offic. Præf. Urb.* Primusque à Romulo Dentur Romulius, & post à Tullio Hostilio, Numa Marcus, & à Tarquinio superbo Sp. Lucretius isthoc honore decorati fuerunt. *vidente Tacit. libr. 6. anal. cap. 11. Dyonis. Halicarnass. libr. 2. vid. quoque Frantzk. in comment. ad ff. tit. de offic. Præf. Urb.* Indeque factum est, ut inter Illustres quoque annumeraretur Præfectus Urbi *l. 5. Cod. de Advocat. divers. judic. & dignitate*, (in se scil. considerata) par esse dicatur Præfecto Prætorio *l. 1. C. de Præf. Præf. potestate tamen & authoritate inferiori.*

§. 4. Inscriptionem exepit subscriptio, quæ loci & temporis circumstantias indicat. Datum enim est hoc rescriptum Trevifii seu Tarvisii, Urbe quadam Nobili atque opulenta Italiz, quam alii, cultiori dialecto utentes, appellarunt Trevigium & Trevigio. *Vid. Cluver. libr. 1. Ital. antiq. cap. 18. Leand. Alb. descript. Ital. Zeiler. Ital. lib. 2. c. 3. & Itiner. German. cap. 16. §. 28. imprimis vero cap. 16.* Iphis Nonis April. Aufonio X. (alii Decio) & Olybrio Consulibus h. e. d. 5. April. Anno post Christum natum 379. *juxta Cont. Fast. Consular. Quamvis ipsa constitutionis origo hauri improbabiliter ad Edictum D. Hadriani, de vicesima hereditatum, referri possit, per l. ult. pr. ff. de appell. recip. junct. l. 26. Cod. Theodof. quor. appell. non recip. Gujac. ad Paul. 4. Sent. receptor. 6.*

CAP. II.

Dictiones & Phrases Constitutionis nonnullas  
singulatim explicat, additis quandoque  
variis lectionibus,

§. 1. Explicationem verborum hoc capite proponere jure merito debui, utpote edoctus, rerum quidem potiore, sed verborum priorem semper habendam esse rationem, cum mens legis, his quasi involucris involuta, cognoscendam sese nunquam præbeat, nisi illis diligenter evolutis, & discussis. Offert se vero nobis primo loco vocula *Quisquis*, quæ æquipollet vocabulo quicumque *Faber. Thesaur. erud. Schol. hac voce*, & cum primitivo suo *Quis* non minus foeminas, quam masculos generaliter complectitur *l. 1. ff. de V. S. l. 7. ff. de Jurisdic. l. 3. ff. de negot. gest. l. 29. ff. de hered. ino. bit. & passim. add. Aloys. Ric. Dec. 222. n. 2. p. 2. Tiracquell. de retrac. lign. §. 1. gloss. 9. n. 216.* In qua generalitate hoc quoque loco procul omni dubio accipienda est, cum foeminas æque, ac viros, æquissimis judicum Decretis, exhibitionem tabularum testamentariarum injungentibus, sese opponere, justissimoque appellationis remedio abuti nonnunquam videas, imo major contra mulieres ratio militet, utpote quibus cor vanum, leve, & mutabile natura esse dicitur *l. 20. ff. de inoffic. testam. c. forus. in fin. X. de V. S. l. 5. C. de institut. & substit. quare non minis saltem, sed & blanditiis, & pollicitationibus facile eo seduci possunt, Tiracquell. in tract. de leg. connub. l. 1. n. 71. ut contra propria laborare commoda haud erubescant l. 4. C. de Spons. l. 23. C. de Nupt. Pultej. 2. cons. 29. n. 108. nec proprio partui parcituræ, dummodo spes quædam lucri affulgeat l. 39. ff. de pan. cum insuper certum sit, mulieres ultra masculum nihil prærogativæ habere, nisi quatenus in jure expressum reperitur. *Gloss. in l. unic. C. de rap. Virg. Bald. in l. ult. C. de jur. & fact. ignor.**

§. 2. Voluntas porro multis dicitur modis, vel enim (1) denotat facultatem animæ rationalis appetendi quidpiam, vel (2) actum volendi, tum elicited, h. e. intra voluntatis ambitum se continentem, ita ut perpetuo liber maneat, neque cohiberi unquam possit; tum Imperatum, h. e. à voluntate aliis membris, quæ per vim externam impe-

impediri possunt, demandatum. Vel tandem (3) ipsum volitum, seu, voluntatis sententiam, circa hoc vel illud negotium humanum, verbis vel facto declaratam. *Vid. Meisner. Phil. sobr. sect. 1. cap. 5. quest. 3. class. 3. exempl. 3. Hornejus lib. 2. Etic. cap. 4. S. 3. & Prator. theat. Etic. Polit. part. 2. sect. 1* Ex quibus posterior significatio hujus loci est, non simpliciter, sed quatenus, exclusis omnibus negotiis, quæ inter vivos celebrari consueverunt, ad actus saltem morientium restringitur, id quod ex sequentibus luculenter colligitur.

§. 3. Additur namque immediate vox Defuncti, seu diem functi, *uti legitur in l. 26. Cod. Theodos. cod. tit.* sensu, ni fallor, eodem, quo alias voluntas dicitur suprema, ultima, novissima, nulliq; mutationi, utpote actu, arbitrioque volendi, per mortem, penitus jam præclusa, amplius subiecta *l. 1. C. de S. S. Eccles. Frantzk. ad princ. Inst. de testam. ordin. jung. Meisner. alleg. loc. ubi eleganter demonstrat. Propositionem istam, Hæc est ultima Patris voluntas, nullo tropico peplo esse involutam, quæ vires suas non nisi post mortem efficaciter exerit. l. 1. ibique Dd. ff. qui testam: fac. poss. aut ad minimum exere-re debebat, cum ea hodie hominum sit (prudencia an nescitia? hæ-reo) ut, quantacunque etiam adhibeatur cura, diligentia & providentia, rarissime tamen testamentum aliquod condatur, quod, non dicam impugnari, sed &, si non in totum, pro parte tamen quadam, everti haud queat. Ut adeo, respectu saltem habito ad id, quod fieri debebat, non vero quid fiat, quodammodo sustineri, tollerariq; possint ea, quæ pro declaranda *alleg. l. 1. ff. qui testam fac. poss.* ab Eckoldo in *compend. Pandect. expos. d. tit. §. 1.* adducuntur. Tantam nimirum immortalis animæ, in mortali corpore esse dignitatem, ut post corporis interitum proroget imperium, & reliquias cogitationum relinquat, nec majus solatium esse fati, quam voluntatem ultra fatum, *juxta Lipsium in præfat. ad Lect. lib. 1. de Cruc.**

§. 4. Testamento autem scripta, illa defuncti voluntas dicitur, ut excludatur (1.) voluntas defuncti tacita, atque præsumpta, quæ in successibus ab intestato, (quando scilicet nullum testamentum conditum est, non vero, quando testamentum factum ex qualicumque causa ad causam intestati redactum est) vim atque virtutem suam ostendit *per. l. 3. pr. & §. 1. ff. de Jur. codicill. l. 2. C. de bon. matern. l. 1. §. 6. ff. de legat. 3. arg. l. 57. §. 1. ff. ad SCtm. Trebell. & naturaliter, perpetuoque voluntati testatæ, hoc est verbis, literisque expressæ,*

pressæ, opponitur l. 7 ff. de R. J. junct. pr. Inst. de testam. Ordin. & l. 1. ff. de qui testam. fac. poss. (2.) Ut indicetur, non esse heic LLtoribus sermonem de testamento nuncupativo, nimirum quatenus voluntate nuncupata, h. e. vivâ voce coram testibus prolata, sine scriptis ordinatum est, de quo agitur §. ult. Inst. de testam. §. l. 21. §. 2. C. eod. Nam si, ad instantiam Testatoris, à Notario quopiam in scripturam, redactum fuerit, omnino, uti quæcunque alia defuncti voluntas, scripturâ, quocunque tenore formatâ, declarata, his nostrâ Constitutionis verbis continebitur arg. l. ult. C. quem adm. testam. aper. ibique. Brunne-man: l. 2. §. 1. ff. eod. junctâ l. 1. 2. §. 3. ff. de tabul. exhib. add. C. I. A. ad tit. testam. quem adm. aper. tb. 2. §. 8. & Carpz. libr. 6. respons. 20. n. 2. seq. it. Brunne-man. ad tit. C. de Edict. Divi Hadriani tollend. Confer. Rebhan alleg. loc. pag. 301. & seq. ubi varias vocab. Testamenti significationes evolvit, & quod tam late, sicuti indicavimus, in jure accipiatur, demonstrat.

§. 5. Referetur. In nonnullis Codicibus legitur referatur meâ quidem sententiâ minus aptè, cum referri, sive recitari voluntas non possit, nisi prius fuerit referata l. 6. ff. testam. quem adm. aper. accedit, quod communior lectio conveniat Codici Theodosiano, uti ex alleg. superius. Cod. Theodos. loco apparet. Nihil autem aliud hic denotat vocabulum referare, quam resignare in alleg. l. 6. vel aperire l. fin. ff. de appellat. recip. oppositive ad id, quod clausum est, uti post Accurs. in l. Testamentum. ff. de Testam. & Pratt. notat Calvin. in Lexic. Jurid. hac voce. Dummodo meminerimus, aperiri aliquid non saltem naturaliter, sed & Civiliter, id est adhibitis cujuscunque loci consvetis solennitatibus, notante Gothofred. ad l. 2. C. quem adm. testam. aper. lit. G. & C. I. A. eod. tit. tb. 2. quarum formulam aliquam, Romanis usitatam, lectu haud injucundam exhibet Cujac. ad lib. 4. Jul. Paul. recept. sentent. Tit. 6. Unde haud difficulter colligitur: Aperturam ultimarum voluntatum duplicem esse, Simplicem scilicet, & solennem. Illa eam ob causam fit, ut sciatur qui sint scripti heredes, quibus aliquid relictum sit, & an debitæ solennitates sint observatæ, omnibusque quorum verosimiliter inter est, conceditur l. 1. ff. testam. quem adm. aper. nec opus, ut solennitates quædam interveniant, nisi quod petens aperturam, prius de calumnia jurare teneatur. l. 3. C. d. r. Hæc ea de causa fit, ut testamentum manu privata confectum, autoritate competentis judicis solenniter agnatum, in publi-

ea monumenta vel gesta conferatur, eum in finem, ut testamento plena fides habeatur, & in specie dicitur publicato. *vid. Carpz. p. 3. c. 5. d. 24. n. 2. seq.* Fieri a. debet hæc apertura jure communi intra tertium aut quintum diem à morte testatoris. *Paul. libr. 4. tit. 6.* Jure vero Saxonico intra trigessimum diem. *Wesemb. ad tit. ff. testam. quemadm. aper. n. 4 Eckholt. compend. Pandect. expos. §. 2. §. 3.*

§. 6. Vel, Conjunctio, s. secundum Festum, conligatio est disjunctiva, h. e. earum rerum, quæ suâ naturâ disjunctæ sunt atque diversæ. *Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. D. conclus. 744. n. 4 §. 14. Alciat. ad l. 96. de V. S. n. 5.* ut ut interdum copulativè etiam, imò & augmentativè, aliisque multis modis capiatur, *Dn. D. Strauch in Lex. particul. Jur. hæc voce.* Dicitur quoque disjungere casus, uti loquuntur Jcti. *Ludov. Gomez. ad §. 38. Inst. de act.* Sed ita tamen, ut quandoque dispositionem ad diversa ampliè, & extendat, uti decisum est in Rot. Rom. apud *Farinac. Decis. 770. n. 4.* quo sensu hoc etiam loco stare, ex contextu facile colligitur, & ulterius fortean infra demonstrabitur.

§. 7. Quos scriptos patuerit heredes. Vocula *heres*, utrum per simplexe, an verò per diphtong. æ, rectius scribatur? ad Grammaticorum forum pertinere, litemque hanc à magni nominis Jctis agitatam, tum autoritate vet. inscriptionum, & maximè Pandectarum Florentinarum M. S. ubi hanc vocem nunquam cum diphtongo scriptam inveniri traditur, tum etiam hac ratione facili negotio dirimi posse, si maximam interpretum partem secuti, radicem ejus non in verbo *herere* vel *ere*; sed potius in verbo *heriscere* h. e. dividere, unde phrasis *familia heriscunda*, *rubr. §. TT. ff. §. C. famil. herisc.* vel quod probabilius est, in voce *herus* quæ siverimus, eo quod heres sit herus s. dominus hereditatis, nihil quicquam obstante quantitatis, quæ in primâ heredis & heri deprehenditur, diversitate, rectissime docuit *Rebhan in hodog. Jur. alleg. paral. 3. pag. 319 seq.* Ubi etiam ambiguitatem dictæ vocis, sic satis accuratè evolutam exhibet, dum illam non saltim in significatione (1) *latissimâ* successorem quemcunque universalem, ut bonorum possessorem, item fideicommissarium universalem, & (2) *latâ*, heredem directum omnis generis, h. e. suum, necessarium, & extraneum, testamentarium & legitimum, proximum & primum, hujusque successores; ed etiam (3) *strictè* heredem proximum civilem, (4) *strictius* ac

B

per



per excellentiam quandam, heredem suum, qui non tam ipso jure heres existit, quam vivo adhuc parente, quodammodo bonorum dominus est, quique secundum artem juris, quam non omnes capiunt, eum tantum designat, qui jura suitatis habet, vel per se, naturâ, ut filius, filizave; vel repræsentatione, ut reliqui ex filiis & filiabus descendentes, quatenus & hi immediatè in potestate & familiâ avi tempore mortis ejus sunt constituti. §. 2. *Inst. de hered. qual. & differ.* ibique *Dd. & cum primis Dn. D. Redekerus, Jctus, & P.P. Excellentissimus, Præceptor atatem colendus Exam. suo jur. 8. ad. d. §. conf. Rebb. d. l. pag. 347.* Imo (5) *strictissime*, vel ex disponentis mente, vel pro subjectâ materiâ, e. gr. in Feudis, heredem sanguinis masculum, *Männliche Leibes Lehn-Erben*; & tandem (6) *improprie* Legatarium, & eum, qui hereditate abstinuit, vel ejus qui adhuc superest, successorem futurum denotare, ex jure civili, feudalique non minus, quam ex *DD.* scriptis solide demonstrat, quo Lectorem brevitatis studio remitto.

§. 8. Inquirendum namque mihi potissimum est, quæ heredis significatio hujus loci sit? quod fortean haud difficulter is intelliget, qui, quo sensu scriptus hic dicatur heres, explicare poterit, utut ne hoc quidem adeo, uti prima fronte apparet, expeditum esse videatur. Quamvis enim notius sit, quam ut moneri heic mereatur, scriptum heredem non minus in hac constitutione opponi legitimo, quam alibi, & in specie in *l. 14. ff. de transact.* quemadmodum successio legitima testamentariæ, *per tradita §. 4. b. cap.* neque porro diffiteri aulam, quod eodem sensu scriptus heres hic veniat, quo in *Rubr. Tituli C. de Edict. Div. Hadrian. tollend.* accipitur, ex ratione supra jam indicata *§. fin. cap. 1.* scrupulum tamen quandam procul omni dubio injiciet Nigrum, ubi heres iste scriptus vocatur *institutus, l. 1. §. 3. C. d. l.* phrasi uti non ignotâ, ita etiam ad plura, eaque diversissima, sensu ubique alio, referri suetâ. *reste eodem Rebban. d. l. pag. 323.* Et si vel maxime supponamus, verbum *institui*, unde institutus dicitur, remotis omnibus aliis significationibus, in iis, in quibus nunc versamur, terminis, nihil aliud esse, quam designari, ordinari, *DD. ad Tit. Tit. Inst. ff. & C. de hered. instit. Perez. in Cod. eod. n. 1. Ludvvel disp. 7. tb. 6.* dubium tamen iterum orietur, utrum institutus eum æque, qui nuncupando, quam qui scribendo heres factus est, hoc loco denotare possit? cum in hac generalitate phrasi nostrâ  
usus

usus fuerit Ulpianus in l. 1. §. 1. ff. alleg. tit. ut taceam, Institutum in  
lata significatione tam dici eum, qui primo gradu, l. 1. ff. de vulg. &  
pupill. substit. quam qui secundo, h. e. quocumque post secundum  
[exemplo secundarum nuptiarum, quæ non secundâ tantum, sed ter-  
tiâ, vel quartâ vice, & ulterius iteratum matrimonium significant.  
Rubr. & l. 6. C. de secund. nupt.] vocatus est. C. I. A. ad tit. de hered.  
instit. th. 1. per l. 32. §. 1. l. 9. 36. pr. l. 43. §. 2. de vulg. & pupill. substit.  
l. 20. §. 2. de condit. instit. pr. Inst. de vulg. substit. & passim quibus-  
cunque verbis, tam directis, quam obliquis, voluntatem instituentis,  
vel seminece & balbutiente lingua declarantibus, sublatâ omni scrupu-  
losâ veterum observatione l. 15. C. de testam.

§. 9. Quicquid tamen horum sit, non dubitaverim generali-  
ter hanc rem ita definire, ut admittatur hoc loco heres qualiscunque,  
qui scripturâ quâdam legitimâ, se, aut eum, in cuius jus universonum  
successisset, vere non purè, quam purè, heredem velex parte, vel ex  
asse institutum esse demonstrare coram competente iudice possit:  
ne quidem nuncupativo herede excluso, si voluntas isthæc in scriptu-  
ram sit redacta; multo minus substitutò, si casus evenerit, aut fidei-  
commissariò universonali, relictò per testamentum fideicommissò, he-  
reditateque, non realiter, sed verbis tantum restitutâ; vel etiam he-  
rede, qui propriâ autoritate possessionem adeptus est, & judicialem  
confirmationem desiderat, per tradita à Mejero in C. I. A. ad tit.  
testam. quemadm. aper. th. 8. & 9. Brunnerman. in C. ad tit. de Edict.  
div. Hadr. tollend. ibique alleg. Carpz. Klock. Menoch. Cotbm. alio-  
rumque, add. Peretz in Cod. d. t. Dummodo tamen jus hereditarium  
pateat, h. e. liquido & aperte ex scripturâ prælaudatâ constet, quod  
dici nequit, si e. gr. duo testamenta proferantur, dubiumque sit, u-  
trum tempore posterius sit? Perez. d. l. n. 9. vel si vitium aliquod  
visibile in scripturâ appareat, per constitutionem justinianeam in l. 3.  
C. de Edict. div. Hadrian. tollend. ibique Scharf. Brunnerman. &  
alii, add. C. I. A. d. l. th. 10. & Menoch. de adipisc. possess. remed. 4.  
n. 699. seqq. vel à Contradictore quopiam constanter negetur, cum  
& hoc sensu verbum patere bonis authoribus usurpari, evincat locus  
Ciceronis pro Dejotaro: *Domum se contulit, reque Alexandrinum  
bellum gerente, utilitatibus tuis patuit.* i. e. nihil negavit tibi, inter-  
prete Fabio Sorano in thesaur. erud. scholast. voce pateo Unde col-  
ligitur nec in hoc quidem capite novi quidpiam adiecisse Imperato-

rem Justinianum in allegatâ constitutione l. 3. C. de Edi&. div. Hadrian. tollend.

§. 10. Et ex *cod. tit. ejusque l. 3. C. de Edi&. div. Hadrian. tollend.* haud difficulter quoque colligitur, quid sibi velint verba, quæ sequuntur: In possessionem mittantur. Nam cum certum & in confesso sit, quod possessionis vox inter alias acceptiones, quæ huic constitutioni applicari nullâ ratione possunt, cum primis vel jus persequendi, retinentique patrimonii, quod morientis fuit, vel etiam detentionis factum, quandoque animo & jure sibi habendi destitutum, interdum verò cum tali animò conjunctum, denotet, id quod ex *Tit. Inst. ff. § C. de bonor. possess. § l. 1. totòque tit. ff. de acquir. vel amitt. poss. jun&. l. 9. ff. de R. V. l. 7. §. 11. Commun. divid. § l. 19. ff. ex quib. caus. major.* post alios evincit Mejer in *C. I. A. ad Tit. de acquir. vel amitt. possess. tb. 2. 3. 4.* & Eckholt. in *compend. Pandect. expos. eod. Tit. §. 1.* quodque insuper differentia inter hæc duo possessionum genera, non tam ex verborum positione, quam ex subjectâ materiâ desumenda sit, quia LL. discrimen illud inter bonorum possessionem, & possessionem bonorum, quod in §. 3. *Inst. de bon. poss.* & alibi fundatum aliquò modò videtur, ubique non observant, sed sæpius confundunt, uti apparet ex *l. 61. ff. de A. vel A. poss. § l. 4. §. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. est. jurisd. vid. Auctor incertus à Malcom. edit. in not. ad Wesemb. d. tit. ff. de bonor. poss. n. 1. ibique Malcom. in annot. lit. a. & Eckolt. eod. tit. §. 2. add. Oldend. clas. §. a. 6. in princ. Treutler. vol. 2. Disp. 15. tb. 1. lit. A.* proinde sine omni dubiò possessio in posteriori significatu. h. l. accipienda erit, cum principali juris succedendi causâ tantisper suspensâ, de solâ missione in possessionem rerum earum, quæ tempore mortis testatoris fuerunt, ibidem agatur; quæ remotis aliis significationibus, quas *C. I. A. ad tit. testam. quemadm. aper. tb. 8. & ad tit. quib. ex caus. in possess. eatur. tb. 1.* exhibet, hic nihil aliud est, quam inductio in possessionem rerum hereditariarum *l. fin. pr. ff. de appellat. recip. C. I. A. d. tb. 8. jun&. Schnobel disp. 21. tb. 22. Perez. in Cod. d. l. n. 5.*

§. 11. Ausus. Nihil quidem attinet accuratius in verum hujus dictionis sensum inquirere; cum vel ex ipsâ pœnâ, quâ & appellantis audacia, & ignava Judicis conniventia hæc nostrâ lege coercetur, facile quisque possit intelligere, non accipi hic audaciam in bonam

bonam partem, pro iustâ animi intrepidi fiducia, de quâ Propertius  
lib. II. Eleg.

*Quod si deficiant vires, audacia certe  
Laus erit, in magnis & voluisse sat est.*

Sed pro vitio, cui cognata sunt confidentia & temeritas Faber. alleg.  
voce audeo, oppositum scilicet alteri, quod nimirum in defectu peccat, &  
dicitur segnitie & ignavia. Ad rem tamen tanto melius illustran-  
dam non pigebit loca quædam egregia Taciti adducere, quibus, Syl-  
lam, ait, inopem, unde præcipuam audaciam: & simulatorem segni-  
tie, dum, temeritati locum reperiret. lib. 14. Annal. cap. 57. v. 5. &  
nihil gravius audenti, quam ignavo patiendum esse. d. lib. 57.  
cap. 58. v. 7.

§. 11. Sequntur in contextu verba, Provocare & appel-  
lare, de quibus præ primis quæri solet, utrum in sensu Juridico (de  
vulgaribus enim, iisque variis acceptionibus solliciti sunt Lexicogra-  
phi) illa hæc latior sit, atque adeo generis locum sustinere queat?  
Et docere post Bartolum & alios id videtur Maranta Spec. aur. p. 6.  
de appell. n. 2 & 4, existimans provocationem in genere denotare  
quamcunque vocationem in Judicium, atque adeo, quæstionem  
affirmative esse decidendam; quem sequitur Treutl. vol. 2. Disp. ult.  
ib. 1. tit. H. & Hartman. Hartman: obs. pr. tit. 19. obs. 29. per l. 13. 14.  
ff. de Judic. Verum cum eodem quoque sensu verbum appellare ac-  
cipiatur in l. 29. ff. eod. Utraque etiam vox specialius vocationem  
adversarii ad superiorem, de iniquitate, vel gravamine ab inferiori Ju-  
dice cogniturum, significet in l. 40. §. 1. ff. de pact. & l. 17. 19. C. de  
appellat. rationem nullam video, quo minus tuto adstruere possim,  
unum eundemque utriusque vocis significatum esse cum Petr. Gregor.  
Tholos. synt. jur. Univers. lib. 50. c. 2. n. 3. & 4. & authore notar. ad  
Wesembec. & Malcomes. edito. n. 3. quod etiam admittere videtur  
prælaud. Faber. voce provocare, quamvis minus latine, vel, uti ait,  
vulgò saltem, appellare pro provocare dici putet; cui tamen recla-  
mant innumera loca in Pandectis, quibus hõc sensu, voce appella-  
tionis] Ctos Romanos usos esse, facilius demonstrari poterit, quam  
à Fabrò evinci, minus congruè, & vulgariter ipsos esse locutos; ut  
adeo utraque in speciali, proprioque sensu commode, per Implora-  
tionem Judicis Superioris, adversus gravamen tam judiciale, quam

extrajudiciale iudicis inferioris, gradatim factam, definiri possit, cum Bachov, ad Treutl. d. loc. Eckolt. ad tit. de appellat. §. 1. seqq. add. Cujac. in Pand. eod. tit. & Schnobel. Disp. ad Pand. 25. th. 1. Item. author. notar. ad Wesenb. à Malcomes. edit. d. n. 3. conf. Gothm. vol. 1. consil. 30. n. 22. seqq. & vol. 2. conf. 55. n. 112. seqq.

§. 13. Fit autem mentio in nostra lege appellationis interpositæ, eodem sine dubiò sensu, quo in l. 3. & 6. pr. §. 2. & 6. C. de appellat. it. in l. 1. C. Sent. rescin. non poss. l. 1. de libell. dimiss. rubr. & l. 1. nihil innovari. & passim. Interposita appellatio & provocatio dicitur. Nimirum non est in arbitriò appellantis, ut isthòc remediò in causâ etiam justâ, eo, quo ipse velit, tempore & modò uti possit, sed post latam demum sententiam, vel stante pede, h. e. in contententi, & antequam appellans & iudex ad extraneum actum se convertat, vivâ voce & communiter hâc formulâ: Appello. l. 2. l. 5. §. ult. ff. de appellat. l. 14. C. eod. Casfrenf. in l. 6. §. fin. autem. n. 2. C. d. tit. Hartman. Hartman, tit. 19. obs. pr. 15. n. 2. Wesenb. de appellat. n. 9. ibiq; Hahn. verb. vel scripto vel vivâ voce. Jac. Blum Process. Cameral. Tit. 48. n. 9. vel post intervallum coram Notariò & testibus intercriptis per libellos appellatorios, hodie schedulam appellationis, summam & causam appellandi, cum appellantis nomine & copiâ sententiæ continentis, povocare ad superiorem debet l. 1. §. ult. l. 7. ff. & l. 6. §. pen. C. d. t. Ordin. Camer. part. 2. tit. 29. §. Item so soll. R. J. de anno 1654. §. In appellat. Sachen. cap. 59. extr. de appellat. c. 1. eod. in 6to. Greven. concl. pract. 19. n. 47. Rosbach. prax. civil. tit. 73. n. 22. seqq. Blum. d. l. n. 11. seqq. Et hoc quidem intra fatalia s. tempora à lege constituta, quibus elapsis mors, sive finis appellationi imponitur l. 2. C. de tempor. & reparat. Appellat. ibique Dd. add. Gaden. concl. 61. n. 2. Panormit. X. de appellat. c. 8. n. 8. Quæ, ut hoc obiter saltem addam in quadruplici sunt differentia. Alia namque (1) dicuntur interponendæ appellationis, alia (2) petendi apostollos, qui sunt vel dimissorii, vel refutatorii, alia (3) Præsentandæ s. introducendæ, & tandem (4) alia prosequendæ appellationis, quæ explicantur. Tit. ff. quand. appell. fit & intra qua tempor. & tit. C. de tempor. appellat. Item tit. ff. de Libell. dimissor. Nov. 23. cap. 1. Ordin. Camer. part. 2. tit. 29. & tit. 30. alleg. R. J. de anno 1654. §. In dem auch nunmehr zum sehenden 121. & §. seq. juncto. §. So dann

dann soll 67. *vid. Habn. ad Wesenb. dd. tit. & potissimum Processissas  
tit. de appellat.* quamvis fatale petendorum apostolorum *d. O. Cam.*  
non attendatur. *d. tit. 30. pr. ibi.* So soll einem frey stehen nach ge-  
thaner appellation apostolos zu bitten/ oder nicht *Zanger. de Except.*  
*part. 2. c. 20. n. 4. Gilhaus. Arb. Judic. p. 3. c. 8. n. 49. Conf. Gæd. ad*  
*l. 116. de V. S. n. 6. in fin.* ejusque locò per novissimum Recessum  
Imperii de anno 1654. introductum esse videatur fatale, requisitionis  
actorum, cum oblatione ad præstandum solemnia, quod 30. dierum  
est, à die interpositæ appellationis. *d. R. J. §. Ob Er auch schon. 61.*  
*§ 63. vid. Blum d. l. Tit. 49. per Tot.*

§. 14. Is, cujus eâ de re notio est. Notionem accipe-  
re possumus & cognitionem, & Jurisdictionem ait Ulpianus in *l. 99.*  
*ff. de V. S.* Hoc autem locò indubie posteriorem significatum obti-  
net, tum, quod in formulâ cujus eâ de re notio est, quæ hic oc-  
currit, notio semper tali modò intelligenda *per l. 5. pr. ff. de Re ju-  
dicat. junct. l. ult. §. ult. ff. de O. & A.* tum quod hic agatur de tali ju-  
dice, qui in possessionem misit, quod non est simplicis cognitionis,  
quæ Judici pedaneo competit *l. 3. C. de Jud. ped.* qui propterea co-  
gnitor appellatur; *l. un. C. qui pro sua jurisdic.* sed majoris potesta-  
tis, quæ jure Magistratus competit *l. 4. ff. de offic. ejus cui madat. est*  
*jurisd. junct. l. 1. eod.* imo magis imperii, quam jurisdictionis *l. 4. ff.*  
*de jurisdic. ibique Brunnem.* Nec osttat, quod is ipse, cui hic notio  
tribuitur, postmodum dicatur Judex; cum & horum varia sint ge-  
nera, uti videre est ex *l. 13. §. 1. l. 14. pr. & §. 1. C. de Judic.* atque adeo  
sub voce Judicis, qualiscunque Magistratus, suo & alieno jure de causis  
cognoscens contineatur, *rubr. & tot. tit. ff. de reb. auctor Jud. possid.*  
ut ut non negemus, quandoque hæc voce non nisi judicem pedaneum  
intelligi *l. 2. de R. J. l. 46. ff. de Judic.* unde distinctio in majus &  
minus judicium *l. 2. C. de formul. & impetr. subl. l. 34. C. de appellat.*  
*add. l. 9. C. de judic. C. J. A. de Judic. th. 20. seq.*

§. 15. Recipiendam esse. Recipere idem est quod de-  
ferre appellationi. *Jac. Blum. Process. Camer. tit. 50. §. 2. n. 3.* &  
prædicatur proprie de Judice à quo ( uti vocatur in *l. 6. pr. C. de ap-  
pellat. & Recess. Imper. de anno 1654. §. 61. rubr. & t. r. ff. de appell.*  
*recip. Rubr. & t. r. C. quor. appell. non recip.* Utpote qui appellatione  
non receptâ, per relationem s. Apostolos refutatorios opinionem  
suam

suam, causasque, per quas appellationem non recepit, manifestare solus potest, secundum l. 6. ff. d. t. Blum. d. l. Cui opponitur iudex ad quem, seu iudex appellationis, uti vocatur in l. 40. §. 1. ff. de pact. l. 13. §. 4. C. de Judic. Brunnem. in C. ad d. l. 6. pr. Cujus est processus appellationis vel decernere, vel etiam denegare, quique, eo casu, quo ab inferiore appellatio admissa non est, nec de sententiâ latâ, neque etiam de prætenis attentatis cognoscere, multo minus quicquam definire, vel iudici prioris instantiæ poenaliter demandare potest, antequam causam præjudicalem, utrum nimirum appellatio injuste repudiata, atque adeo effectum devolutivum habere potuerit, nec ne? per interlocutoriam legitime deciderit, per tradita Peretz. in C. d. l. n. 30. & Cothm. vol. 5. conf. 38. n. 7. seqq. ubi id usque adeo verum esse ait, ut, si causâ præjudiciali neglectâ, & præteritâ, de causâ alterâ pronuncietur, juris ordo violetur, & processus intricetur, imò talis sententia, quæ litem antea deciderit, quam causa præjudicialis tractata, cognita, & definita fuerit, irrita sit. n. 11. 12. hanc ipsa ratio naturalis, sensusque communis ita dicitur n. 13. Nonnunquam vero & iudex superior appellationem recipere s. admittere, germanicè Annehmen DD. dicitur Hahn. ad Wesenb. de appellat. recip. n. 3. Blum. d. tit. 48. §. 6. pro quibus & ipsa Ord. Camer. Imp. militare videtur part. 3. tit. 28. §. 5. & tit. 29. §. 1. & passim, quod tamen nostræ constitutioni non convenit.

§. 16. Viginti librarum argenti. Vel secundum Cod. Theodos. alleg. loc. auri. Libram argenti constituunt 5. solidi, l. un. C. de argent. pretio. lib. 10. libram auri verò 72. solidi l. 5. C. de suscept. lib. 10. quam artifices Marcam vocare, docet post Covarruv. de vet. numismat. cap. 3. n. 3. Peretz. in C. d. l. n. 9. solidus vero in jure nostrò idem est quod aureus S. ult. J. de pen. rem. litig. junct. l. ult. ff. de in jus voc. æstimatus tempore Justiniani 1000. sesteriis §. 3. Inst. de success. Libert. vid. Rebhan Hodog. jur. pag. 261. nisi velimus pro sanandò hoc locò, qui multos exercuit, levem mutationem admittere, duas istas voces: Centum & mille, transponendò, ut altera in alterius locum succedat. vid. Calvin. in Lex. voc. aureus.

§. 17. In reliquis non occurrit, quod notari mereatur, nisi quod in lectione quædam adhuc sit diversitas, cum pro verbis: Ignavam conniventiam, in Cod. Theod. sapius citat. loc. substituta reperiantur verba: Ignavè cohibentiam, quæ tamen rem non satis explicant.

CAP.

CAP. III.

Verum Legis sensum eruit, & rationibus fir-  
mat, quæque in contrarium moveri possunt,  
diluit.

§. 1. Non equidem dubito, facile jam ex iis, quæ hæcenus sunt proposita, quemvis jam perspecturum, quid animò Imperatores comprehenderint, cum constitutionem hanc promulgarent, ut Oedipo haud opus sit, qui Sphingis nodos hic explicet; promissum tamen mei memor, meam in hoc quoque capite fidem liberabo, verba contracturus, quantum fieri potest, in compendium. Summa igitur totius Constitutionis hæc est: Audiendum non saltem non esse eum, Impedire, ad superiorem temerariò ausu provocando, qui velit, ne, vel ultima defuncti voluntas in conspectum, notitiamque eorum, quorum interest, deveniat, vel etiam scriptus in testamento, visibili vitiò carente, heres, in veram rerum hereditariarum possessionem inducatur, sed & cum Judice, moratorium appellationem per ignavam conniventiam admittente, viginti librarum argenti multà coercendum esse.

§. 2. Rationes juris constituti si quis quærat? illæ, si uspiam alibi, hic dari possunt omnium evidentissimæ. Sicuti namque (1) pie agit, qui ultimas voluntates conservare studet. *Nov. 1. cap. 2. vers. si vero fin.* Ita etiam (2) publicè expedit, suprema hominum judicia exitum habere. *l. 5. ff. Testam. quemad. aper.* Unde (3) non Prætor saltim Romanus defunctorum voluntates contra Calliditatem eorum, qui circumvenire eos volunt, quibus ex judicio defuncti deberi quidpiam potuit. *l. 1. pr. ff. si quis omiff. caus.* Sed & (4) Cornelius Sylla Dictator adversus illos tuctur, qui Testamenta celant, h. e. supprimunt, & non producant, qui producendi facultatem habent, item qui eadem resignant dolo malo *l. 2. ff. ad L. Cornel. de fals. ibique Gothofred. l. 4. C. eod.* Quibus (5) accedit, quod res ipsa celeritatem desideret, sententiaque parum noceat. *l. fin. ff. de appellat recip. l. 3. C. de Edict. D. Had. toll.*



§. 3. Nec est, quod in contrarium quispiam appellatio-  
nis favorem & aequitatem fundatam in ipso jure naturali, quod de-  
fensionem (cujus quædam & hæc est species. *cap. cum speciali. 61.*  
*§. porro. X. §. l. 1. ff. de appellat. Cothman vol. 1. consil. 33 num. 3.*)  
mortalium nemini eripit. *l. 3. ff. de just. & jur. Marant. in spec.*  
*Tit. de appellat. num. 247.* hoc saltem sine prætexet, ut, si non  
quoad effectum suspensivum, ad minimum tamen, quoad effectum  
devolutivum, appellatio sustineatur, atque adeo iudex appella-  
tionis de gravaminum relevantiâ vel irrelevantiâ dispicere possit,  
utpote cui soli, exclusò iudice à quò, hæc potestas jure communi  
concessa legitur. *l. 6. pr. C. de appell. cap. ut nostrum 56. X. eod.*  
*Cothm. vol. 3. consil. 40. num. 75. add. Menoch de adipis poss. re-*  
*med. 4. num. 782.*

§. 4. Uti namque ipsa naturalis, de quâ in oppositâ *l. 3.*  
agitur, defensio, prærequirit injustam, & quidem talem offensio-  
nem, ubi incolumitati tuæ aliter consulere non possis; cum si  
justè & superiorum cumprimis mandatu aliquis te invadat, vel  
etiam injuste, verbis, factove aggressus, periculum aliter effugere  
possis, viaque juris pateat, injusta omnino futura est defensio,  
rectiusve vocanda ultio & vindicta quædam privata, quæ omni  
jure prohibita est, severeque coercenda. *§. 2. l. 1. 45. §. pen. ff. ad*  
*L. Aquil. l. 1. 7. C. unde vi C. C. C. artic. 140. jung. Brunne-  
man in d. l. 3. num. 1. 2. 3.* Eodem modò defensio hæc juridica, vel potius  
analogica, defensionis nomen non merebitur, si contra decretum,  
quod vel omnino nullum, vel leve quodpiam, & modicum, adeo-  
que facili negotiò reparandum præjudicium continet, juri-  
que per omnia conveniens est, intentetur, quin potius præsidium ne-  
quitæ & improbitatis audiet. *per textum express. in all. cap. 61.*  
*§. porro. X. de appellat.* quia appellatio non conceditur, nisi in-  
juriâ reverà affecto & ita gravato, ut aliâ ratione sibi consulere,  
imminensque præjudicium amovere haud possit. *l. 1. pr. ff. l. 30.*  
*C. de appellat. cap. 1. X. eod. in 6to junct. l. un. C. si de momentan.*  
*poss. ibique DD. vid. Cothman. vol. 5. Resp. 10. num. 147. It. vol. 4.*  
*Resp. 13. num. 5. & passim. jung. Gail. 1. Obs. 7. Scac. de appellat.*  
*quest. 17. limit. 6. Membr. 2. & præprimis Fach. lib. 1. controv. jur.*  
*cap. 57.*

§. 5.

§. 5. Recte præterea iudex appellationis cognoscit super gravaminibus; sed si gravamina ad sint; alias enim & hoc loco valebit Philosophorum Regula: Non entis nullæ sunt affectio- nes. At, quæ jure permittente, imo sub certâ pœnâ injungente sunt, quid quæso, ea, iniquitatis continent, aut injustitiæ? Quodnam subest præjudicium, si quis jubeatur edere Tabulas, ut ape- riantur, & salvò cæteroque jure, iis, quorum probabiliter interest, communicentur? Imo, si vel tandem scriptus in iis heres in pos- sessionem bonorum, usque dum de jure hereditario plena quæ- dam cognitio institui queat, mittatur? Profectò, si veritatem amamus, vel nullum, vel quod citra prohibitam hoc casu appella- tionem, legitimò remedio reparari egregie possit.

§. 6. Notum tandem est, notoriè injustas, frivolas, mo- ratoriasque appellationes nullum juris effectum habere. *docente Cotbm. vol. 1. Resp. 36 n. 59. seqq.* sed quænam notoriè injustior, magisque frivola fingi potest provocatio, quam, quæ manifestâ lege prohibita est; & cui ipsa justitia non defert, *uti loquitur Papa in cap. 5. X. de appellat. in 6.* Concludat hoc caput *J. Cris- tianus Fachinus*, qui postquam varias de Legis nostræ sensu DD. proposuisset opiniones, ipse tandem controversiam ita decidit: *Argumentum ex hoc textu sumitur in hunc modum. Nam si & appellanti, & iudici appellationem admittenti, pœna irrogatur, nullò discrimine adhibito, sequitur indistinctè appellationem esse prohibitam; quia, si permessa esset, quoad effectum devolu- tivum, neque appellans neque iudex puniendus esset. Liceret enim aliquò modo & appellare, & appellationi deferre. Quæ vero afferuntur similia, in argumento contrariæ opinionis, ut maxime vera sint, parum tamen obstant, quia nulla est lex in aliis causis possessoris & similibus, quæ afferuntur, tam disertè appellationem prohibens, pœnâ etiam constitutâ, quemadmo- dum hoc in casu, lib. 1. contro. jur. cap. 76. conf. Brunnem, adl. nostram num. 2.*

CAP.

CAP. IV. & ULTIMUM.

Quæstionibus nonnullis præpositis, usum constitutionis paucis, filò quasi abruptò, monstrat, &, quæ in thesi dicta, ad hypothesein aliquam adplicat.

Quær. 1. Utrum Legis hæctenus expositæ aliquis sit in Germaniâ & hac Provinciâ Usus?

Pro Rat. dub. poterat moveri (1) quod LL. Imperatorum Romanorum Germanos obligare non possint, quia in Germniâ nunquam in totum receptæ, multo minus promulgatæ (2) quod T. T. C. quorum appell. non recipiantur, abrogatum esse testetur Vinn. *ad Wesenbec. Parat. de appell. recip. Christin. Vol. 4. Dec. 118. n. 1.*

Sed ratio decid. ad prius desumitur ex auth. Habita C. *ne fil. pro patr. in verbis: Inter Imper. Constitutiones.* & ex constit. Maximil. I. in R. J. *Wormat. de an. 1495. Tit. Von Gotteslästereen: ibi Weyland Kayser Justinian, unser Vorfahr am Reich löblicher Gedächtnis / männiglich zu halten* &c. It. ex Const. Crim. Carol. V. *præfat. Artic. 120, 121. Spassim.* In formulis: *Nach unser Vorfahren und unsern Kayserl. Rechten. Item nach den gemeinen Kayserl. Rechten. add. R. J. de an. 1654. §. 83. 105. 122. §. 157. junct. Ord. sacri jud. Imperat. Aulici, (quam exhibet Oldenburg. Limn. Enucl. lib. 4. cap. 75.) Tit. 1. vers. Und weisen dann. ibi. und in Mangel derselben/ die Kayserliche Rechte / und rechtmessige Observaciones, & Ordinat. judic. provinc. Meklenburg. part. 1. Tit. 3. §. Es soll der Land Richter: ibi. nach des Heil. Röm. Reichs gemeinen Rechten. ad posterius Resp. 1. Contrarium testari Ictos Germanos, dum Tit. prælaudat. in scriptis Theoret. & Pract. allegant & interpretantur, nullâ abrogationis mentione factâ, 2. Tamdiu præsumendum pro lege, usque dum abrogatio probetur vel lege, vel consuetudine contrariâ, actibus in iudicio contradictorio firmatis, probatâ. Tabor. de Altero Tan-*

to part. 2. Art. 3. thes. 6 & 8. & art. 7. thes. 18. id quod de  
LL. de altero tanto usurario recte asseri potest. vid. R. J. de  
an. 1654. §. 170. seqq.


Quær. 2. An constitutionis nostræ dispositio, locum  
habeat eo etiam casu, quo iudex aliquis com-  
petens, ex officio, alicui intra triduum, sub ar-  
bitrariâ poenâ tabularum exhibitionem deman-  
daverat.


Rat. dub. dari poterat hæc, quod scilicet à processu informi &  
inordinatò etiam in possessoriò summarissimò recte appelletur  
*Cothman, vol. 2. Resp. 96. num. 80.* Informius autem nihil fit,  
quam si iudex non imploratus officium exercent, vel ab exe-  
cutione processum inchoet. *l. 1. C. de exec. R. J. Gail. 1. Obs.*  
*13, num. 1. Mind. de mandat. cap. 10. num. 1. & cap. 11. m. 1.*


Rat. decid. vero est, quod Reg. præmissa fallat, si lex ju-  
dici potestatem præcipiendi & comminandi concedat; tum  
enim præceptum valet sine cognitione h. e. parte non auditâ,  
neque citatâ *Mind. & Gail, d. l. n. 2. Blum. d. l. Tit. 38. n. 22.*  
quod in hæc specie omnino factum est in *l. 1. d. Tabul. exhib.*  
sive quis neget se tabulas habere vel exhibere posse, aut oportere,  
sive fateatur, sed difficilem se præbeat in exhibendo. *Min-*  
*dan. d. l. cap. 51. n. 2.* sive valeat testamentum, sive non, *d. l.*  
*§. 3. ibique Brunneman. Wesenb. de tab. exhib. n. 6. ibique Hahn.* ni-  
hil quicquam obstante *l. 6. ff. ad l. Cornel. de fals.* Cum  
signata intelligantur Tabulæ, si ab alio, quam testatore, linum  
incisum, vel sigilla fracta. *Cujac. ad l. 1. ff. de B. P. secund. Tab.*  
*p. m. 1038.* de quo factò judicialiter hic constitit. Ridiculus  
fueris, si vel iudicis interesse, vel contraria Jctorum Respon-  
sa opposueris. Quemadmodum enim illud, nondum visis Ta-  
bulis, incertum; incertitudinis autem ratione licitum est, quod  
alias in certò casu esset illicitum. *Gail. 2. Obs. 8. num. 3.* præ-  
terquam quod distinguendum sit: Utrum interesse sit iudicis  
pri-


privatum, an vero publicum s. Fisci; cum hoc casu exceptio  
omnino fuerit irrelevans, & inepta. *Carpzov. part. 1. l. F. conf.*  
*16. def. 28.* Ita his in perpetuum obstat, sub & obreptionis ex-  
ceptio. *Cochmann. vol. 3. Resp. 8. num. 332. & Resp. 48.*  
*num. 201. It. vol. 5. Resp. 11. n. 137.*

Tantum pro S. S. Justitiâ  
in  
SOLIUS DEI HONOREM  
ET GLORIAM.
















&c. pertinentia omnia tamen brevissimè  
es maximam partem. De notissimo biennii  
o exceptioni non numer. pec. in contractu  
7. *DD. communiter ad tit. ff. de R. C. & J. de*  
in modum res sese habet, si maritus caverit,  
n, quam non accepit, nec tamen debito  
r. Biennio enim elapso tenetur ex solâ con-  
n accepit *V. Fachin. l. 8. c. 86. & seqq.* Sic si  
intercescit & hanc intercessionem post bi-  
onfirmavitque, valet hæc & cessat *SC. Vel-*  
*Vell. Emphyteuta jure suo cadit, si cano-*  
câ emphyteusi intra biennium *l. 2. C. de Jur.*  
propriâ tamen auctoritate haud est expel-  
enni quadriennii & quinquennii cursu de-  
*V. ap. Magn. Dn. Struv. per LL. allegationes*  
*ib. 28. n. 13. & 14.* Quibus adde *l. 3. C. de*  
quâ cognoscitur, conditionem ex lege ad-  
gitimæ, sicut querelam in officios. testam.  
urnitate quinquennii sed esse perpetuam,  
*bon.* ubi separationem bonorum pariter  
scribi habetur *V. & confirmationem ex*  
atio præsumtam *ap. Burgold. p. 1. cap. de*  
inter fundamenta Neoburgica id simul  
ennali dilatione debitorem posse liberari  
*bon. ced. post.* indicat, & alias quoque satis  
e est tractatio de quinquennialibus & Mo-  
unicam adhuc quæstionem de quinquen-  
ciemus. Notum enim est à Justiniano sa-  
bsolutioni quinquennium esse præfinitum  
*Conf. Digest.* Hinc quærunt *DD.* an hodiè  
uennium, an verò plures aut pauciores an-  
Et magnus hic est dissensus. Quidam, quo-  
quanta addiscendo Juri nostro aliàs sa-  
r recentem *LLationem* facta fuerit, alte-  
quennium *arg. c. ult. X. de Magistris*, addi  
volunt,